



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

V Quod sine charitate nulla bona prosunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECUNDVS.

pitis in aëre librauit. Charitas in Danielem, qui à regis dapibus gulam cōpescuit, ei & esurientiū ora leonum clausit. Charitas tribus pueris, quia in tranquilitate positis incendia vitiore subdit, tribulationis tē pore & flāmas fornacis temperauit. Charitas in Petro & minis terrētium principum fortiter restitit, & in circūcisione submouenda minoris verba humiliter audiuit. Charitas in Paulo & manus persicquentium humiliter pertulit, & tamen in circūcisionis negotio, longe se impares & priores sensu audenter increpauit.

Quibus modis Charitas consistat.

Caput III.

Charitas quatuor modis consistit, hoc est, in dilectione quae prima est, secunda ut nosmetipos Pelag. secundum deū amemus, tertia proximos, quartæ etiam inimicos. Deum ergo plus quam nos diligere, proximum sicut nos, inimicum sicut proximum.

Quod sine charitate nulla bona prosunt.

Caput V.

PAULUS inquit Apostolus, Si liguis hominū loquar & angelorum, charitatem aut̄ non habuero, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū Prosp. 1. Cor. 13. tinniens. Hominum vel angelorum linguas, inanē facundiam quorundam significatam debemus accipere, qui docendi officium vanitate placendi magis, quam consulēdi charitate suscipiunt, & dicta sua ma

c iij

HAY. DE VARIET. LIB.

Si cupiunt laudari quod fieri, nec de sanctitate operis,
sed de sermonis elucubrati venustate solliciti sunt.
Merito hi tales æramento sonanti, aut tinnienti cym-
balo cōparantur, qui in modum tinnientis æramen-
ti vel cymbali præclara quæque magis appetunt so-
r. Cor. 13, nare quod facere. Et si habuero (inquit Apostolus) pro-
phetiam & nouerim omnia mysteria & omnē scien-
tiam. Et si habuero omnem fidem ita ut mōtes trās-
feram, charitatem autē non habuero, nihil sum. Non
ad hoc ista dicit, quasi aliqua bona sine charitate ha-
bere aliqui possint, sed quia nihil profint habētibus
ea, si à charitate defecerint. Et si distribuero in cibos
pauperū omnes facultates meas, & si tradidero cor-
pus meum ita ut ardeam, charitatē autē non habue-
ro, nihil mihi prodest. Charitas ergo habēda est ipsa
& sectāda, sine qua nec eleemosynæ, nec occisio cor-
poris, nec illa omnia superius dicta, vel alia quælibet
bona perducunt aliquos ad salutē. Quia quælibet
bona actio vel passio, nisi ex fide, quod per dilectionē
operatur, extiterint, nobis prodesse non poterunt.
Quapropter nihil eis peccati damnabilis remanere
poterit, nec deerit aliquid boni, quibus charitas, oīs
inquinamenti mundatio, & bonorum omniū ma-
ter, adfuerit.

Qualiter verba beati Pauli apostoli de
charitate intelligenda sint. Cap. VI.

Grego. **C**haritas patiens est, benigna est. Non æmula-
r. Co. 13, tur, non inflatur, non agit perperam, non est
ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irrita-